

Eclipsis Lunæ Totalis cum mora

observata Gedani ex Speculâ Hevelianâ Anno 1707. eâ nocte quâ
16^{ta} dirimitur â 17^{ma} Aprilis St. N. & delineata â

Fig. 63.

C. G. Heckero.

Duplex hac nocte oculis meis offerebatur spectaculum, alterum erat
coeleste, alterum terrestre; expectatum alterum, alterum minus
prævisum; triste hoc, etsi lucis, illud gratum, quamvis umbræ,
Prævideram, ut apertius loquar, ex Tab. Rudolphinis, Lunam
inter 16. & 17. Aprilis Deliquium passuram maximam, ast dum amicorum
suavis, qui Telescopio 20 ped. anatum & stipatum intueri gestiebant B,
Speculam Hevelianam jam hora circiter 9. conscendo, & Tubum dirigo,
eccè in vicinia urbis lumen vel potius ignem, speciem accensæ domus præ-
bentem, quem dum casu extitisse mihi persuadeo, in proximo ab urbe pa-
go simile quid video, uno verbo, horrendum mox multarum domuum
& horreorum à Moschis accensarum, & tota hac nocte sic cremantium
spectaculum. Alterum, de quo plura dicere instituti nostri est, erat Ecli-
psis Lunæ, cujus Typum, cum i sa observatione, eo ordine, quo ex voto
peracta est, hic exhibeo.

Diffe- rent. Tem- por. ad- dend.	Tempus O- scillatorii quod ad pri- mum Horolo- gium erat di- rectum.	Tempus ex Altitudinib; Fixarum cor- rectum.	Nomina Fixarum.	Alitu- do Fi- xarum	Ordo Phasium.	Loca Faciei Lunæ, quibus primario, in designandis Phasibus invigilatum est.
/	// H / // H	/ // H		o /		
6	1 9	1 21 50	9	7 52	Capella	36 58
6	0 9	3 35	9	35	Eadem	36 42
5	4 9	9 24	9	15 8	Luc. Lyra	18 53
6	29 10	25 15	10	38 44	Eadem	18 68
5	58 12	15 29	12	24 21	denuo	43 38
6	31 12	21 46	12	28 17	Eadem	44 12
6	22 12	37 19	12	43 32	adhuc	Penumbra

H h 3

Exp

Diffe- rent. Tem- por. ad- dend.	Tempus O- scillatorii, quod ad pri- marium Ur- bis Horolo- gium erat di- rectum.			Tempus ex Altitudinib9 Fixarum cor- rectum.			Nomina Fixarum.	Altitu- do Fi- xarum	OrdoPhas- ium.
	//	H	/	//	H	/	//		
		12	51	19	12	57	41		Init. Um- bræ.
		12	53	33	12	59	55		Phasis . I.
		12	59	6	I	5	28		II. Mare Eoum è regione.Circ- cinnæ obducitur. Sinus Sirbonis incipit obscurari.
		I	2	52	I	9	14		III. Umbra jam jam secat Mons tem Porphyritem, pros- tenditurq; usq; ad Sinum Syrticum.
		I	10	44	I	17	6		IV. Mons Ætna medius in um- brâ, quæ tegere nunc quos- que incipit Insulam Melos
		I	16	29	I	23	51		V. Bisecat Montem Sinai, tota simul Sicilia nunc occu- pata.
		I	25	2	I	31	24		VI. Lacus Niger Major desit, Insula Besbicus incipit mergi.
		I	31	59	I	38	21		VII. Byzantium & Mons Hor- minius nigrescunt.
		I	38	16	I	44	38		VIII. Insula Macra incipit delite- scere, ut & Sinus Extremus Ponti.
		I	46	41	I	53	3		IX. Paludem Mæotidem & Ins- ulam Majorem tangit umbra.
		I	51	28	I	57	50		X. Palus Mæotis integer cons- ditur.
		I	54	55	2	2	17		Initium Totalis.
6	45	I	57	13	2	3	35	Luc. Aquilæ	24 32
5	56	2	0	35	2	6	57	læ Ead. re-	24 53
4	42	3	30	14	3	36	36	petit. de-	35 35
6	44	3	34	24	3	40	56	nuo rurs9.	36 15
		3	41	57	3	48	19		Recupera- tio Luminis.

Differ- rent. Tempor addend.	Tempus O- scillatorii, quod ad pri- marium Ur- bis Horolo- gium erat di- rectum.	Tempus ex Altitudinib9 Fixarum cor- rectum.	Nomina Fixarum.	Altitu- do Fi- xarum	Ordo Phasium.
/	//	H / //	H / //	° /	
		3 43 48	3 50 10		XI. Palus Maræotis redit ex umbra.
		3 48 50	3 55 12		XII. Eadem modò fecat A- labastrinum, dum Sinus Sirbonis denuo incipit ap- parere.
		3 51 30	3 57 52		XIII. Transit terminus Umbræ Montem Porphyritem, di- videns in simul Sinum Sirbonis & Lacum Meri- diona'em.
		3 55 20	4 1 42		XIV. Umbra adhuc protenditur usque ad Insulam Didy- mæ, Mons Ætna incipit evadere.
		4 3 12	4 9 34		XV. Mons Sinai emergit Monte Ætna toto liberato.
		4 10 18	4 16 40		XVI. Lacus Niger incipit, Marc Pamphidiû definit stringi.
		4 15 40	4 22 2		XVII. Insula Besbicus fecatur. Serrorum Mons incipit prodire
		4 20 15	4 26 37		XVIII. Byzantium videtur evasisse.
		4 27 15	4 33 37		XIX. Archerusia Promontorium Penumbræ tantum adhuc subesse apparet.
		4 46 30	4 52 52		Finis.

Apertura Micrometri erat partium 294, quarum Objectivum con-
tinet 33321. Oculare verò 697. Hinc Diameter Lunæ Culminantis 30' 20".
Hoc tempore Verticalis transibat per M. Carpates & M. Sinai.

h	/	//	}	Calc Rudolph, minor	/	//
Duratio Totius	3.	55.			11.	22.
Totalis	1	46	2	21	20	

Initium

Initium, adhibita Reduct. Temp. D. de la Hire, contigit Rudolph.
citius 23.

Medium vero citius 11. 43. at Finis (dubius) citius 23. 6.

Initio Obscurationis partes Lunæ umbram subeuntes, fusco aliquo colore imbutæ videbantur, postquam autem \mathcal{C} a totaliter erat obscurata, ea murice vel subrufo colore tincta visa sunt, ita tamen, ut ista pars quæ à centro Umbræ Terræ maxime erat remota, semper dilutior existeret. Et cum non tantum usque ad T. Obsc. Maximæ, sed & post, & quidem diutius quam juxta Rudolphinas par erat, inferior \mathcal{C} a margo obscurior apparebat superiori, (secus circa totalis Deliquii Finem) hinc concludendum, \mathcal{C} nam tempore Mediæ Eclipses, majorem quam Kepplerus Sponderat habuisse latitudinem Borealem. Cui Duratio calculo dicto 22. 43. minor, cum Diametri Umbræ \ominus & \mathcal{C} a eidem fuerint conformes, egregie adstipulatur.

De Phasibus Umbræ Decrescentis, præprimis illis quæ tempore sunt posteriores, æque certi aliquid ac de prioribus statuere non possum, diluculo vel potius die, distinctam visionem jam intercipiente. Hinc & Tempus Finis magis divinandum erat quàm exactè determinandum, Sole quippe jam supra Horizontem tum elevato. Tacendum autem non est, nos circa hujus Eclipses finem, Adulterium quod ajunt Solis & \mathcal{C} a observasse, utrumque nimirum Luminare per Horæ circiter Octantem supra Horizontem, & Lunam Penumbra adhuc distincte affectam, inter nubeculas Horizonti proximas tandem occidere, haud injucundo spectaculo vidisse.